

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VII](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - VI, 22 : De Typhone](#)

Mythologia, Venise, 1567 - VI, 22 : De Typhone

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[79\] : De Typhone](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 22 : De Typhone](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 23 : De Typhon ou Typhée](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 22 : De Typhon ou Typhœe](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 196r°-198r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Typhon](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

occulturn contineant, inquiramus. Dicitur sunt gigantes Terræ & Cœli filii ex patricidio prope nati, & ex crudelitate Saturni in patrem, quia nihil prope boni ex adulterio & illegitimo congressu nasci consuevit; atque illi, qui sunt crassioris materis, temperati, & æquitatis amici, ferè esse non solent; quare crassiora corpora prona sunt ad voluptates, iramque diutius seruant, rationi non facile cedunt, minus sunt ad capiendas disciplinas accommodata, & pro libidine, animorumque impetu plerumque feruntur. Alii tamen Neptuni & Iphimedæ filios putarunt, quoniam omnes crudeles & inhumani ac feri Neptuni dicuntur filii: quippe quorum corpora ob humorum copiam à sole minime digestorum bonitatem morum nesciant; cuius radii non solum educandis corporibus, sed etiam moderandis animis mortalium plurimum conferunt. Quid veto est aliud Iphimedeæ, quam pertinax & infixa in animo cupiditas neque consilio neque rationi cedens? nam in quibus corporibus eximie vires extiterint, minimum est plerumque consilii & prudentiæ. Hi igitur, ut imprudentes, & crudeles, & temerarii, qui nihil honestum esse putarent, nisi quod placuisset, vel Iouem ipsum velle de cœlo depellere ausi sunt. Id ego nihil aliud esse crediderim, nisi imprudentes homines, quibus libido & impetus animi dominatur, Deos omnes contemnere, ac pro suis viribus religionem euertere; cum religio sit omni temeritati & improbitati aduersaria. Nam sine religione ac Deorum metu, nihil neque iustum, neque piuum, neque sanctum fieri potest. Verum quia scelerum omnium comes est supplicium, & poena, & miseris, quia Deus est gravissimas flagitiorum vindex, illi non iniuria ab Hercule, & Pallade, & Diis cæteris pelligati & acerbissimis suppliciis addicti sunt apud inferos, cum nemini esse scelerato impune dento; liceat. At nunc de Typhone dicatur.

De Typhone. Cap. XXII.

Sed quoniam dictum est de Gigantibus, nonnullaque tantum de Typhone artigimus, cum plura de illo, quam de quouis exterorum dicta inueniantur, neque eadem causa sit cur nasceretur, visum est mihi seorsum esse de Typhone, quid ab antiquis dicatur, explicandum. Scriptum reliquit igitur Homerus in hymno in Apollinem Iunonem ægrè ferentem quod Iupiter sine se ex capite Mineruam peperisset cœlum ac terram precatam fuisse, omnesque Deos superos & inferos, ut posset & ipsa sine maris congressu parere; quæ cum manu humum percussisset, sequenti postea tempore natus est ex ea terra Typhon, qui draconis educandus traditus est, ut patet ex his versibus;

ὄχι δὲ κρυπτοεσθλήϊστον, ἵεθε δὲ δράκοντα
 κτύπευε ἀπὸ Διὸς οὐδὲ ἀπὸ ἀραρυγῆος βίου
 ζατρίφια, μεσάδου, τῆραι δὲ γυνοί, ἔκακὸν ἀσάλλῃ
 ἀδρῆσσι Ἰφιδεῶσι τοῖσι γυνοί, ἀσάλλῃ μὲν ἀδρῆσι,
 Πάλλῃ δὲ μῆλα τασσέσσι, ἱπὸ σάλας πῆμα δαφνῆσι.
 ἔθῃ ἀπειδὲ θεοῖσι χροσθρῆσι Ἰερεφῶσι θροσ
 ἀνδρῶν ἀρραλλῶσι τυφῶσι πῆμα θροσθῆσι.
 ἔσπευ' ἄρ' ἔθῃ Ἰφιδεῶσι χιλαεσρῆσι δὲ ἀστρῆσι,
 ἵπὸν' ἀρῶσι κρυπῆσι, Ἰφιδεῶσι γυνοί, ἀδρῆσι
 ἔσπευ' ἄρ' ἔθῃ Ἰφιδεῶσι χροσθρῆσι Ἰερεφῶσι θροσ

Mythologia

Illimis prope fons, illic maculosa draecna
 Interit iaculo regis magno è Ioue nati,
 Pestis & atra lues mortalibus. illa vicorum,
 Illa fuit pecudum exitium, grauis illa ruina.
 Illa aluit captum pulchra à Iunone Typhona
 Difficilemq; grauemq; luem mortalibus agris.
 Hunc irata Ioui patri Iuno edidit, alma
 Quòd fuit illius de vertice nata Minerua.

Hesiod. autem in Theogonia Terræ ac Tartari siue Erebi filium fuisse Typhona credidit siue Typhoeum, vt patet in his;

*ὄτρῃσιν ἰσὺν ἑστῆσαν δὲ σπῆλαι ἰσίδωνε (Ioue)
 ἐκέρτατον νῆας ἀνὰ νεφελῶν γαῖαν ἀλλήλας,
 τάρταρον δὲ φέρωντες ἐπὶ χροῖος ἀφ' ἡέλου.*

Et ne omnia hic ascribam Hesiodi carmina, quæ omnibus sunt in promptu, latinè sententiam Hesio. ita ex tempore explicabo;

Verum vbi Titanas cælo turbasset ab alto
 Iupiter, hinc genuit mox alma Typhoea Tellus
 Postremum ex Erebo Veneris dulcedine capta.
 Huic palmæ ad quævis miranda negotia duro
 Robore erant, promptiq; pedes; centum capita altis
 Ex humeris. scui surgebant torua draconis
 Ora subhinc linguis lambentia cæca trifulcis.
 Igne coruscabant ciliis sub lumina tetris.
 Deniq; quodq; caput flammam spirabat, & ignem.
 Omnibus his inerant voces, variumq; sonabant,
 Horrendumq; dabant gemitum. sæpe ore tonabant,
 Numinibus magnois, vt sint concurrere visa.
 Interdum ingenti tauri mugire boato,
 Interdum gemitum scui dare visa leonis,
 Interdumq; canum latrantum emittere voces.
 Rursus & horrendum sonitum ab radicibus imis
 Mittebant montes vmbrosi. luce sed illa
 Deniq; visa potens nimis in foret ista propago;
 Atq; viros, superosq; Deos vicisset, ab alto
 Nî pater omnipotens hominum sator, atque Deorum,
 Aethere det tonitrus, & fulmina crebra repente.

Erat autem Typhoeus admirabili corporis magnitudine, quippe qui omnium montium altior esset vertice vel erurum tenuis: caput astra rangebat; altera manus ad orientem, altera ad occidentem tendebatur. Ex his centum capita draconum eminebant, in eruribus maximas habebat viperarum spiras. Corpus erat totum pennis obtectum, crines impexi, barba prolixa, oculi ignei, ignis ex ore multus feruebat. Hunc fugientibus Diis Iupiter inferentus ad Casium montem Syriæ fulmine sauciavit. At ille Iouem deinde captum decinuit, cui harpe illa, quam illi ademit, manuum pedumque nervos licuit, & in Ciliciam impotum humeris transportauit. At Mercurius Iouem furatus restituit in pristinam formam. tum Iupiter iterum illum insectus fulmine vulneravit apud Hæmum montem, qui ita dictus fuit à copia sanguinis, qui ibi de vulnere defluxit: mox in Siciliam illi fugienti Aetnam super-

superiniecit, ut testatur Euphorion. & Pindarus in Olympicis Typhonem centum capitum sub Aetna occultari inquit in his;

ΖΑΝΑ κρητὸν ἄται, ἢ αἴθερα ἕχου

ἴσως ἀπὸ βάραις ἔκταται

καὶ πᾶσι τοῖσι κελύφεται.

Sed Saturni filii, qui Aetnam habes

Caminum ventosum habentis centum

Capita Typhonis fortis.

Alii non à Ioue, sed ab Apolline confossum fuisse sagittis testantur. Scriptū reliquit Strabo libro 16. Typhonem serpente[m], ut quidam putarunt, sed nō hominem fuisse: qui fulminibus ictus dum latebras quæreret ad fugam, terram secuit longis tractibus non procul ab Oronte fluuio in agro Apamien- si in Antiochia, iuxta Seleuciam. Pindarus tamen & Homerus arbitrati sunt Typhonem in Cilicia sepultum fuisse, ut testatur Isacius in commentariis in Lycophronem. Alii dixerunt Typhonem à Ioue fulmine percussum in Syriam, & in agrum Pelusium, qui est Aegypti profugisse, seque in lacum Sterbonidem occultasse, qui è Syria Pelusium vsque protenditur: cuius sen tentiæ fuit Herodotus. Nam & Apollonius lib. 1. Argon. locum fuisse scri- bit ad montis Caucaſi radices, qui Typhaonia vocatur, ubi ictum fuisse à Ioue Typhonem memorant in Nyſa insula ad Sterbonidem lacum prædi- ctum ut est in his;

Ἀΐδατος καὶ δῖος Ἰὺς αὐτὸν παῖ ἄφῃ

κακῶτα ἢ κρητὸν τοῖσι βροχίαις ἔλπειται.

ἴσως τοῖσι φάσι δῖος κρητὸν κρητὸν

ἔκταται, ἴσως δὲ τῆσδε ἰσχυρῶτα χῆρας.

Ἐπιπέδῳ δὲ κρητὸν τῆσδε φέρει. Ἰσως αὐτὸν

εἰς τὴν καὶ πᾶσι κρητὸν. ἴσως ἔτι κρητὸν

αὐτὸν ἰσχυρῶτα τῆσδε φέρει ἰσως.

Est insomnis ibi serpens, quem terra creauit

Ad iuga Caucaſia: atque Typhaonia est ubi petra.

Fulmine ibi caelum memorant, atque igne Typhzum

Exarſiſſe Iouis, dextram inde tetendit inermem

Ille Ioui ſupplex, ſed fruſtra. Iupiter ignes

In caput huic torſit, montes, Nyſamque petiuit

Ille fuga, quocunq[ue] metusque pedesq[ue] tulere.

Nunc etiam ille lateret clam ſub Sterbonidis vnda.

Et nos non iniucundis quibusdam, ut arbitror, carminibus luſimus in qua- dam epiſtola, quam diutius aſſeruauimus poſtquam ad clariffimum & gra- uiſſimum ſenatorem Venetum Michaelẽ Sorianum Equitem miſimus, præ clarum ſanè patriæ ſux & omnium bonorū non mediocre ornamentum: quẽ maxime ſemper obſeruauĩ. ita vero ſe habent ea carmina:

Fons erat illimĩs, vitrea pellucidus vnda;

Quem non turbant volucres, non vlla ferarum

Vngula, non vlla delapſæ ex arbore frondes.

Nec paſtor pecudes ſitientes egerat illuc.

Hunc circum denſi frutices, & marginis herba

Mollis erat, ſyluĩs & cingebatur opacis.

Hic cecidit iaculis Phœbi maculoſa draconæ

D d d

Pellis

Mythologiæ

- Pestis & atra lues mortalibus. Illa Typhonis
 QuippeATRIX fuerat; Iuno hunc portarat alendum,
 Aduersusque Iouem genuit; fraudare iugales
 Ille thoros quoniam passus, Venerisq; maritam
 Priuauit socia dulcedine, vbi ipse Mineruam
 Concepit solus. Timuit nam pallida Iuno
 Ne noua gignendis ratio foret ista reperta
 Pignoribus, nullusque foret mox coniugis vsus.
 Terribilis postquam Iunonis creuit alumnus
 10 Anguineis pedibus, sublimi vertice cælum
 Tangebatur corpus plumæque anguesq; tegebatur
 Innumeri, plagas orientis dextera solis,
 Cum stare, plagas tangebatur læua cadentis.
 Huic centum capita expirantia naribus ignem
 Ausa Iouem contra, cælumq; insurgere contra.
 Sed pater omnipotens conitrus & fulmina dextra
 Deiecit in terras: tremuerunt murmure montes
 Insolito, mundumq; rati compage soluta
 20 Sunt ruerunt. At latuit tandem Sterbonidis vnda
 Ipse Typhon lætus flagrantis fulminis igne.
 Aetnæ tulit oppressus mox pondera montis.
 Vis humana Dei sic spernit robur, & iram.
- Fama est enim iuxta Typhaoniam è sanie percussis Typhonis natum fuisse illum draconem, qui vellus aureum seruabat in Colchis. Verum cum Caucasus mons arderet, is in Italiani ad Pitheculas insulas confugit vt ait Pherecydes, est autem Nyssa, cuius in lacu primum occultatus fuit Typhæus, non longe ab Aegypto, vt patet ex his carminibus Herodori;
- Ἦν δὲ τὴν νύσσαν ἐπὶ τῆς αἰτίας ἀδύτου ἄλλοι,
 τὸν δὲ φερεκύδης ἐχιδνὴν ἀνομιῶν ἵσταν.*
- 30 Insula Nyssa frequens syluis, atque vltima tellus,
 Distans Phœnice, Aegypti est vicina fluentis.
- Typhonem alii in Phrygia, alii in Bœotia, alii in Pitheculis humatum fuisse tradiderunt. Quidam putarunt Typhonem Regem fuisse Aegypti hominem inhumanum ac ferum, ob cuius crudelitatem propè vniuersa Aegyptus fuerit deuastata & euerfa: qui ita fuit vocatus è draconis crudelissimi natura, vel quia more draconis Aegyptum popularetur; quem, vt ait Herodotus in Euterpe, Osiris de medio sustulit. alii Typhonem insignem fuisse draconem arbitrantur, quia id animal cum dicatur à Græcis *ὄφις*, quod in aquis & in terra æque viuat, fingitur modo sub aquis, modo sub terram occultatus. is draco ita dictus fuit, quoniam ob singularem vim veneni omnia combureret, faceretque vt contacta arefcerent. cum igitur vis aeris illum vndiq; expelleret, neque satis aptam sibi temperiem inuenire posset, dictus est Iouis metu in Aegyptum profugisse, vbi cum æstum ferre non posset, in lacum mersus interiit. Hic dicitur à Iunone procreatus terra percussa, quia tanta vis est aeris temperamenti aliquando, vt, & magnitudine & forma admirabiles plantæ & animalia inaudita orientur. alii hanc fabulam ad res nature totam retorserunt: quippe cum scribat Strabo lib. 5. vniuersum tractum à Cumis in Siciliam vsque, & Aetnam, & Liparenfes insulas, & Puteolanum, Neapolita-

Neapolitanum, Baianumq; agrum Pirheculasq; insulas quasdam profundas & in vnum coeuntes sub se solitas habere caernas, quae in Graeciam quoq; porrigerentur, in quibus multa vis inesset sulphurea. Idcirco quibusdam temporibus cum ventis spirantibus subterraneis terramotus fierent frequentes in iis locis, & flammarum, feruentiumq; aquarum profusio, ignisq; exhalationes, & cineres cum fauillis longius emitterentur, fabulati sunt antiqui serpentem illum siue Aegypti tyrannum perpetuo supplicio damnatum sub iis locis iacere, qui quoties moueretur, ignem ac cineres eructaret, terrasq; cõcuteret. aiunt præterea situm quendam in insula Sicilia per terramotus ac incendia elatũ Epomeum in medio ferẽ insulae vocatum fuisse, qui natus sit cum Typhoeus humerum moueret. alii vim ventorum non subterraneorum quidem, sed è sublimi loco spirantium esse Typhonem crediderunt, qui & orientem & occidentem manibus pertingeret, & cuius capita altissime vsq; ad sydera peruenirent. nam ventilatissime vagantur. plura capita illi tribuerunt, ob varias diuersorum vires: corpus erat pennis rectum ob celeritatem, circa crura frequentes viperarum spinæ, propter noxiam vim aliquando ventorum. oculi ignei, flammæq; ex ore spirabat, propter materiã ventorum, quæ sit è siccis calidisq; vaporibus. Fingitur ad montem Caucasum confugisse, quia in montibus venti plerumque dominantur. Alii ad primam mundi originem hoc deduxerunt cum dicant tantam vim ventorum & inflammationem natam ex firebo siue ex chao, mox à Ioue depressam, cum Iupiter ^{inoperto} sit siue commoda temperies: quam vim cœli ac mundi temperies depressit, cum vero ob cauernosa loca venti & ignes sint subterranei postea fabulati sunt hunc in Sicilia à Ioue fuisse fulmine ictum. Alii Typhonem pestiferam aeris male affecti naturam ob nimium calorem putarunt: quippe cum vis nimia æstatis plurimum obicit humanis corporibus, eaq; imbecilliora faciat ad reliquas temporum mutationes perferendas. Mox cum recedente sole per signiferum circulum aliquando cessauisset æstus, facta est magna imbrium ac tonitruum copia, cũ per calorem imbres coite non possent. tum fulmina frequentia ceciderunt, quare Iupiter fulminibus Typhonem primum in Aegyptum fugauit, & in loca calidiora ad meridiem, deinde sub Aetnam detulit. quidam Typhonem hominem fuisse ferocem & strenuum arbitrati sunt, qui Iouem de regno collecta magna exulum & inuidorum manu conatus sit deicere, quare ob potentiam illi tantum corpus tribuunt. quod inflammauit nonnullos aduersus Iouem persuadendo. dictus fuit ignem ex ore spirare solitus, & nervos Ioui concidisse. Hos illi furatus est Mercurius, ac Ioui reddidit, quoniam Iouis oratione postea reconciliati sunt animi illorum, qui à Ioue desciuerant. Alii rursus ad reuocandos animos ab ambitione fabulam hanc retorserunt, quæ cum significare velint illam pessimam omnium prope viciorum esse, & filiam Erebi, & ignem ex ore efflate dixerunt. Hæc aduersus Iouem insurgit, quoniam nulla est religionis, nulla humanitatis, nulla iustitiæ cura, vbi pullularit ambitionis furor. Quæ cum multa habeat capita, multos modos, multas sollicitudines, multas molestias eius significarunt. Hunc Typhonem, siue hanc ambitionem huc illuc fugientem Iupiter tandem opprimit ac labefactat, quia & si cupiditas aliquandiu rationi sapientiæque resistit, tamen ab illa denique vincitur. neque quisquam est sapiens, quin rationi demum obtemperet, etiã cupiditate aliquantulum exagitetur. at nunc de Paride dicamus.